

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Curiositas at  
cum uariis

Quatuor milia librorum Didimus grammaticus scripsit; misererer homini, si presens esset, si tam multa legisset superuacua. In hiis libris de patria Homeri queritur, de Enee matre uera, in hiis an libidinosior an ebriusior uixerit, in hiis an Sopho publica fuerit, et alia que erant dediscenda scire, si scires. Sed si ad nostros quosque perueneris, ostendam multa securibus recidenda. Metire ergo etatem tuam tam multa non capit. Audi quantum mali faciat nimia subtilitas et quam infesta ueritati sit.

Seneca ibidem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Curiositas at] Curiositas au P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; misererer] miserere L<sup>2</sup>; si] in *add.* L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; in *om.* L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; an] *om.* P V<sup>1</sup>, aut V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; Sopho] Sapho V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; recidenda] recindenda B, resecanda P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; ueritati sit] sit in ueritati P V<sup>1</sup>, sit ueritati V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>